

II g  
271

Q.K  
515  
15

AD ACTVM SOLEMNEM

quo

VIRO

AMPLISSIMO CONSULTISSIMO EX-  
CELLENTISSIMO

IO. GOTTLÖB MODRACHIO

ICTO REIPUBLICAE GORLICENSIS CONSULI REGENTI GRA-  
VISSIMO MERITISSIMOQUE  
FASCES CONSULARES

D. IV. IVL. CIOIOCCCLXVIII.

ITERVM SVSCEPTOS

D. XI. IVL. clō Idcc LXVIII. HOR. IX. MAT.

GRATVLATVR GYMNASIVM

AMPLISSIMVM SENATVM  
MAXIME REVERENDOS ECCLESIAE  
MINISTROS

CLARISSIMOS GYMNASII COLLEGAS  
OMNESQUE LITTERARVM ET SALVTIS PVBLI-  
CAE FAVTORES

QVA DECET OBSERVANTIA ET PIETATE INVITAT  
M. FRID. CHRIST. BAVMEISTERVS GYMN. RECT.



GORLICII,  
EX OFFICINA FICKELSCHERIA.





TO ACTING SECRETARY

W. R. O.

TO THE SECRETARY OF THE

U. S. DEPARTMENT OF THE INTERIOR

WASHINGTON, D. C.

DEPARTMENT OF THE INTERIOR

OFFICE OF THE SECRETARY

WASHINGTON, D. C.

DEPARTMENT OF THE INTERIOR

OFFICE OF THE SECRETARY

WASHINGTON, D. C.

DEPARTMENT OF THE INTERIOR

OFFICE OF THE SECRETARY

WASHINGTON, D. C.







DE  
STVDIO DECORI

IVVENTVTI SCHOLASTICAE MAXIME COMMENDANDO.



Do sunt, quae, si apte coniungantur, hominis  
felicitem et efficiunt et conseruant, alte-  
rum, RECTE sentire, alterum, BENE uiue-  
re. Est enim sapientia uerique cognitio, quae  
recte sentiendo continetur, adiutrix ad uirtu-  
tem, in ipsa autem uirtute omnem uim momentumque omne  
positum esse ad beate uiuendum, quem fugit? Virtutis ue-  
ro beneque uiuendi, si quaeras, quae sit ratio, tenendum  
est, cum demum in uita BENE conformanda recte uersari,  
qui officii, quae lege naturae fanciuntur, facit satis, nec  
modo id, quod iustum est, consecratur, uerum quoque,  
inte-



4

interiori honesti decorique studio incitatus, id omne, quod agit, eo refert, ut probitatem, fidem, integritatem, morumque emendatissimorum decus et elegantiam optimo cuique probet, nihilque adeo, uel si DEum hominesque celare posset, auare, nihil incontinenter, nihil iniuste, nihil libidinosè suscipiendum putet.

Quae quidem bene uiuendi momenta, in iusto, honesto, et decoro posita, quamuis eiusmodi sint, ut, nexa inter se, uiam ad felicitatem muniant, fit tamen saepe numero, negligentia, dicam, an inscitia hominum, ut diuisa a se inuicem animos de spe uerae felicitatis potiundae deiciant.

Videas enim, alios haud raro iusti leges sequi, honestatis non item, honesto alios deditos, uirtutisque et uitae inculpatae perquam studiosos, at in externa morum uenustate et decencia, quae una est uirtutum commendatrix, negligentiores. Quo fit, ut, quae optabatur, felicitas, externa certe, minus impetretur, iique per saepe ipsi, qui docti probique et habentur et sunt, nulla alia de causa rideri, contemni, et fastidiri se uideant, quam quod parum curent, quid deceat, quid dedebeat, quid placeat aliis, quidue minus.

Ad praecipuam ergo officii sui partem pertinere arbitrantur ii, qui in scholis iuuentutem ad humanitatem erudiunt, ut, quo studio sapientiam bonasque litteras docent, eodem, et nescio, an maiori etiam, adolescentulis id, quod in moribus decorum est et elegans, commendent, exemploque demonstrent et praeceptis, nihil, nisi quod deceat,  
pla-



placere, et nihil, nisi quod placeat, aliorum beneuolentiam posse conciliare.

Habet hoc decori natura, ut actiones humanas externas ad politioris multitudinis opinionem conformet, et ita dirigat, ut, quicquid quaque persona dignum est, quicquid cuiuslibet rei consentaneum, suscipiatur, idque omne fugiatur sedulo, quod in gestibus, incessu, sessione, accubatione, sermone, oculis, uestitu, membrorum motu, elegantioribus uel risum, uel fastidium, uel bilem moueat.

Varie, pro uarietate uel temporis, uel loci, uel aetatis, uel dignitatis, uel eorum, quibus cum uersamur, existimatur decorum, ita quidem, ut Terentianum illud hic ualeat:

Duo cum idem faciunt, saepe. ut possis dicere,  
Hoc licet impune facere huic, illi non licet,  
Non quod dissimilis res, sed quod is, qui facit. \*

Neque adeo, cum infinitae fere decori sint regulae, formula constitui facile potest, qua una omnes τῶν πρέποντος species comprehendantur. Rectius, quid deceat, discitur usu et experientia, itemque imitatione eius, quod in aliis laudari uidemus, quam multis praeceptis, quorum minor, hac quidem in re, usus est, quam exemplorum. Ne uero, quid postulet, aut si maus, suadeat hic ratio, quid ueret, nesciat iuuentus, litterarum uitaeque, ad elegantiam decusque compositae, studiosa, nec omnes, nec nullas decori leges adferre iuuat, ad quas morum ciuilitatem decentiamque attemperari uolunt philosophi.

\* 3

Pri-

Adelph. V. 3.



Primum ergo praecipunt, id omne ab honestis decorisque actionibus esse alienum, quod pudori aduersetur naturali, hominemque usque adeo bestiis similem efficiat, ut nihil, quod humanae naturae excellentia dignum sit, relinquatur. Pudet, memoria repetere philosophos Cynicos, quos, accepimus, non modo scissis sordisque corporum tegumentis, immundaque illuue et squalore sui fastidium excitasse aliis, uerum quoque in iis, ad quae, natura cogente, impellitur quisque, infra hominis dignitatem se ita abiecit, ut, quae prouida natura texit et abdidit, ea in propatulo habere non erubuerint, in quibus ita taetra sunt quaedam, ut ea fugiat et reformidet oratio. Quod si est sapere, quid est desipere?

Praeterea, (alteram nunc in conformando decoro philosophorum regulam addo,) societatis, in qua quisque uiuit, morisque ciuili habeat rationem is, qui decori legibus accommodare actiones, prudentioribusque, qui sunt in gente moratiori, probari cupit. Denique, cum, quid deceat, nec constitui a quoquam nec suscipi possit, nisi, ut diximus, ad singulas uel temporis, uel loci, uel personarum *περιόδους* attendatur, perfacile est intellectu, decori studiosissimo cuique id agendum esse enixissime, ut nihil alieno tempore, nihil alieno loco suscipiat, uerecundiamque et prudentiam ubique conspicuam reddat, et eos maxime, quibus cultum obseruantiamque debet, uerbis, totius oris habitu et uultu, corporisque, qui decet, flexu membrorumque motu ueneretur, fugiatque, ut pestem, agrestem et inhumanam negligentiam.

Haec



20 4 20 7

Haec et his similia, (restant enim, quae huc pertinent, plura alia,) quamuis non in iis officiis numerari uelim, ad quae quemque hominum ius naturae cogens, sic enim appellat, adstringit, in promptu tamen est, ea, nisi neglecta externa felicitate, negligi posse a nemine. Sis iustus, sis uitae integer, sis continens et frugalis, sis eruditus, historiarumque et omnium linguarum peritissimus, quem tandem fructum mentis, litteris excultae, si externae fortunae incrementis consultum uelis, te reportaturum existimas, si, more Cynicorum, decori leges neglexeris, si eruditus et probus, quam elegans morumque politiorum studiosus, haberi malueris?

Est ea decori uis, ut uirtutem, per se amabilem, reddat amabiliorem, sapientiaeque decus et pulchritudinem, qua alliciantur mentes, conciliet. Quin etiam ipsam internam mentis uirtutem nullo luculentiori signo, quam apta decoraque, quae sub sensus cadat, morum dignitate indicari affirmant non nulli, fere, ut ex coloris, sanguine diffusi, bonitate aut oculorum uigore ualetudinem et robur bonamque corporis habitudinem colligere solemus.

Tolle decorum, tollis maximum certissimumque eruditionis, quam te affecutum putas, ornamentum, demede decus et elegantiam moribus, nonne illam *εὐχημοσύνην* quam Deus in sanctioribus oraculis nobis praecipit, turpiter negligis? Nonne ab omnibus irrisus, contemptus, reiectusque situ et squalore obsolesces? nonne ipsa fundamenta, quibus firmioris fortunae et lautioris dignitatis accessio superstrui debebat, subuertis? Plura alias.

Prae-



Praemissimus haec, indicaturi solennia crastini diei, quem supplicationibus, pro SENATVS AMPLISSIMI salute pie religioseque instituendis, in Gymnasio nostro sacrum esse uolumus.

Salua etiam nunc stat ciuitas nostra, saluus Imperantium ordo, saluae leges, salua iustitia, salua, quae bona ferre omnia complectitur, tranquillitas publica. Sine sensu sit et impius, qui non communi omnium felicitate laetetur, tantaque et tam praestabilia beneficia, quae per hunc annum ex miti iustoque Excellentissimi ROTHII Regimine in Musas diffluerunt, unice ad Deum auctorem referenda arbitretur. Quo ergo magis sua cuique bona nosse datum est, hoc ardentiori studio feretur ad gratias summo praepotentique Numini persoluendas pro Consule, inter tot rerum discrimina, perbenigne conseruato, pro salute publica, magis magisque stabilita, pro innumeris liberalitatis beneficentiaeque documentis, quae AMPLISSIMVS SENATVS in rem scholasticam extare uoluit.

Comprecamur Deum, ut Excellentissimum MODRACHIVM, qui fasces Consulares felicissimis auspiciis d. IV. Iul. cepessuit, uiribus et animi et corporis ad tanti oneris dignitatem pari laude, qua ante hos duos annos ornauit, tuendam instruat, Ipsique, quam meretur, det felicitatem, et, quam dedit, conseruet.

His piis uotis Deo nuncupandis destinata est crastina panegyris, ad quam omnes Gymnasii Patronos fautoresque quam postum obseruantissime humanissimeque inuito. P. P. clolcccLXVIII.

Einrich:



Einrichtung  
des morgenden  
Ghür = Actus  
im Gymnasio.

---

1. Wird folgende Cantate Musikalisch aufgeführt:

Duetto Canto et Alto.

Lobsinget dem Schöpfer, frolockende Triebe,  
Verkündigt die Hoheit der ewigen Liebe,  
Die diesen Tag festlich zu feyern verlieh!  
Scheiligte Lieder, erfüllet den Himmel,  
Entziehet die Herzen dem irr'd'nen Getümmel,  
Damit sie die Gnade des Höchsten nicht stieh.  
Lobsinget dem Schöpfer, frolockende Triebe,  
Verkündigt die Hoheit der ewigen Liebe,  
Die diesen Tag festlich zu feyern verlieh.

\*\*

Recit.



Recit. Basso.

Es steigt, der Gerechtigkeit zum Lohne  
 Der Mächtigste von seinem Throne  
 Zu unsern Vätern selbst herab,  
 Und mit ihm Heil  
 Und Kraft, das Gute zu erwählen  
 Auf's neu in unsrer Väter Seelen.  
 Wir leben alle fern vom Leide,  
 In neuer ungewohnter Freude  
 Verjüngt, wie muntre Frühlings-Kräuter,  
 Wenn früh die Sonne heiter  
 Sich ihnen segnend zeigt:  
 Weil uns der Väter Geist  
 Nächst Gott, auf künftiges Jahr  
 Stets sichern Schutz verheißt.

Coro.

So stehen die Anker der heiligen Rechte,  
 Wenn Donner und Stürmen der Feinde ertönt.  
 So bleibet der Nachwelt zum größten Exempel  
 In Görlitz die Bürgerschaft, Schule und Tempel  
 Vom Throne des Höchsten mit Segen bekrönt,  
 So stehen die Anker der heiligen Rechte  
 Wenn Donner und Stürmen der Feinde ertönt.

2. Vers



2. Werden folgende Zuhörer der ersten Classe Ew. Hochedl. und Hochw. Magistrat ihre freundvolle Empfindungen über den Regierungs-Wechsel mit den ehrebetigsten Wünschen zu erkennen geben.

Carl Johann Heinrich Clauder, aus Dresden, tritt als Vorredner auf, und bittet in französischer Sprache das hochansehnliche Auditorium, die zu härende Reden einer hochgeneigten Aufmerksamkeit zu würdigen.

Johann Gottlob Bernhardi, aus Görlitz, trägt seine Gedanken von dem Erhabenen des obrigkeitlichen Standes in einer kurzen deutschen Rede vor.

Johann Gottlob Klimmt, aus Görlitz, sucht lateinisch zu beweisen, was für einen großen Einfluß die Gürtigkeit der Obrigkeiten auf den Wachsthum der Wissenschaften habe.

Aus Secunda tritt:

Heinrich Gottlob Rische, aus Görlitz, als Vorredner auf, und stellt in einem kurzen Gedichte das Strafbare an denen vor, die der anerschaffnen Würde nicht gemäß leben.

Johann George Schober

Johann Carl Traugott Förster } aus Görlitz.

Christian Traugott Herz

reden von der dem Menschen anerschaffnen Würde, ein Herr der Welt zu seyn.

Wilhelm Ludewig Schmidt, von Sebnitz, wünschet in Versen, als Nachredner unser theuersten Obrigkeit Glück, Heil, und Seegen.

Aus Tertia unterreden sich Maukisch, Kusche, Hirche von der Art und Weise, die Vaterlands-Liebe in öffentlichen Schulen zu lernen.

Carl



AK 75 271

12 27 22

Aus Quarta halten folgende Knaben,  
Carl Gottlieb Richter  
Samuel Gottlieb Ruffe  
Christian Samuel Hübler } aus Görlitz.  
Christian Gottlob Mauckisch }

eine Unterredung von der Liebe und Hochachtung, als den Hauptpflichten der Jugend gegen ihre Vorgesetzte, besonders gegen ihre Obrigkeit.

Aus Quinta unterreden sich  
Gottlob Wilhelm Klotz  
Johann Gottlieb Werner } aus Görlitz.  
Gottlob Erdmann Pohlent  
Christian Immanuel Seidel }  
von der Kaths-Chür.

Die Musik macht den Beschluß.  
F. G. J. Spürke, mit Zither, als Begleitung



X3376862

17



II g  
271

AD ACTVM SOLENNEM

QVO

VIRO

SSIMO CONSULTISSIMO EX-  
CELLENTISSIMO

TTLOB MODRACHIO

LICAE GORLICENSIS CONSULI REGENTI GRA-  
VISSIMO MERITISSIMOQVE  
ASCES CONSVLARES

D. IV. IVL. CIOIOCCCLXVIII.

ITERVM SVSCEPTOS

.IVL. clo Idcc LXVIII. HOR. IX. MAT.

GRATVLATVR GYMNASIVM

SSIMVM SENATVM

REVERENDOS ECCLESIAE  
MINISTROS

SSIMOS GYMNASII COLLEGAS  
E LITTERARVM ET SALVTIS PVBLI-  
CAE FAVTORES

T OBSERVANTIA ET PIETATE INVITAT  
IST, BAVMEISTERVS GYMN. RECT.

GORLICIL,

X OFFICINA FICKELSCHERIA.



OK  
515

